Η ΚΑΙΝΗ ΔΙΑΘΗΚΗ.

NOVVM IESV CHRISTI DOMINI NOSTRI TESTAMENTVM.

Textui Græco conjuncta eſt verſio Latina Vulgata, ſummorum Pontificum, SIXTI V. & CLEMENTIS VIII. autoritate edita & recognita.

Quæ ſunt hoc tomo præſtita, docebit ſequens ad Lectorem epiſtola.

TOMVS TERTIVS.

LVTETIÆ PARISIORVM,
Apud CLAVDIVM SONNIVM, viâ Iacobæâ, ſub Scuto Baſilienſi & Naui Aurea.

M. DC. XXVIII.

LECTORI.

EDITIONI veteris Teſtamenti ſecundùm LXX. nihil neceſſe erat nouum Teſtamentum addere, vt tibi Romanam editionem exhiberet. Vtile tamen iudicauimus, alterum ab altero non ſeparare, ne alibi quærere ſatageres, quod ob oculos tibi proponere poſſemus. Vt igitur vniuerſum diuinæ Scripturæ corpus Græcè & Latinè complecteremur, hunc tertium Tomum præcedentibus adjunximus; Opus, vt ſpero, quod tibi Sacra tractanti non erit infructuoſum. Textui autem Græco, in cuius editione probata exemplaria ſecuti ſumus, verſionem Latinam vulgatam adiecimus, autoritate ſummorum PP. Sixti V. & Clementis VIII. editam & recognitam. Ne verò quod alijs editionibus adeſt, huic deeſſet, in calcem tomi relegati ſunt Eſdræ apocryphi libri duo, S. Hieronymi præfationes, quæ nonnumquam per initia librorum diſtribui ſolent, Nominum Hebraicorum interpretationes, Capitum ſummæ, Teſtimoniorum quæ ex veteri Teſtamento nouum mutuatur, paradigma, indicéſque rerum & verborum, non contemnendi. Scholia autem ijs ſimilia quæ editioni Romanæ LXX. Interpretum intertexta videntur, textui noui Teſtamenti addita non ſunt, quia id nec fieri debuit, nec potuit. Non debuit: ſolam enim Romanam editionem exprimere nobis propoſitum fuit: ſed eiuſmodi ſcholiorum in nouum Teſtamentum copiam non faciebant, nec hæc editio, nec quæ aliàs Romæ excuſæ ſunt. Non potuit: nam ingens illa varietas quæ in textu Græco veteris Teſtamenti conſpicitur, ex textus Hebræi ambiguitate orta eſt, quem Interpretes Græci in ſuum quiſque ſenſum trahentes, diuerſiſſimas verſiones & nonnumquam inter ſe pugnantes ediderunt. Cùm autem antiquiſſimi Patres Græci & Latini illas ſæpe ediſſerant, & ad populum homilias habentes, & ſcripturæ textum commentantes, docti illi viri qui editionem Romanam LXX. Interpretum tanto cum labore recenſuerunt, ex fragmentis iſtarum verſionum vndique conquiſitis Scholia ſua collegerunt; ne id quod ſancti Patres editionem LXX. illuſtrare crediderunt, negligentia prætermiſſum videretur. Sed aliquid eiuſmodi in nouo Teſtamento ne conijci quidem poteſt: textus enim Græcus archetypus eſt, & authenticus; ad eum nihil verſiones ſpectant. Interpretatio autem Latina, ex natura textus Græci vario ſenſui obnoxia non eſt. Lingua enim Græca, vt Hebræa, non eſt anceps, dubia, ex æquo in varias partes propendens & velut pluribus interpretationibus diuaricata. Deinde autores Eccleſiaſtici ab hinc mille annis ſola Vulgata verſione vſi ſunt, hanc ſolam commentati ſunt, & vigilijs ſuis illuſtrarunt. Cæteræ omnes verſiones vel à Catholica Eccleſia exterminantur, vel in ea obſcuriſſimæ in tenebris deliteſcunt.

ΤΑΞΙΣ ΤΩΝ ΤΗΣ
ΚΑΙΝΗΣ ΔΙΑΘΗΚΗΣ
ΒΙΒΛΙΩΝ, ΕΝ ΤῌΔΕ Τῌ ΕΚΔΟΣΕΙ.

ORDO LIBRORVM NOVI
Teſtamenti, in hac Editione.
Tomo Tertio.

Τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον.		Pag. 1.	Sanctum Ieſu Chriſti Euangelium ſecundùm Matthæum.		Pag. 1.
Κατὰ Μάρκον.		50	Secundùm Marcum.		50
Κατὰ Λουκᾶν.		81	Secundùm Lucam.		81
Κατὰ Ἰωάννην.		133	Secundùm Ioannem.		133
Πράξεις τῶν ἁγίων Ἀποστόλων.		172	Actus Apoſtolorum.		172
Παύλου τοῦ Ἀπ. ἡ πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολή.		223	Epiſtola B. Pauli ad Romanos.		223
Πρὸς Κορινθίους.	Α'.	243	Ad Corinthios.	I.	243
Πρὸς Κορινθίους.	Β'.	262	Ad Corinthios.	II	262
Πρὸς Γαλάτας.		275	Ad Galatas.		275
Πρὸς Ἐφεσίους.		282	Ad Epheſios.		282
Πρὸς Φιλιππησίους.		289	Ad Philippenſes.		289
Πρὸς Κολοσσαεῖς.		294	Ad Coloſſenſes.		294
Πρὸς Θεσσαλονικεῖς.	Α'.	299	Ad Theſſalonicenſes.	I.	299
Πρὸς Θεσσαλονικεῖς.	Β'.	304	Ad Theſſalonicenſes.	II.	304
Πρὸς Τιμόθεον.	Α'.	307	Ad Timotheum.	I.	307
Πρὸς Τιμόθεον.	Β'.	312	Ad Timotheum.	II.	312
Πρὸς Τίτον.		317	Ad Titum.		317
Πρὸς Φιλήμονα.		320	Ad Philemonem.		320
Πρὸς Ἑβραίους.		321	Ad Hebræos.		321
Ἰακώβου τοῦ Ἀπ. ἐπιστολὴ Καθολική.		336	Epiſtola Catholica B. Iacobi Apoſtoli.		336
Πέτρου τοῦ Ἀπ. ἐπιστολὴ Καθολική.	Α'.	342	Epiſtola B. Petri Apoſtoli.	I.	342
Πέτρου τοῦ Ἀπ. ἐπιστολὴ Καθολική.	Β'.	348	Epiſtola B. Petri Apoſtoli.	II.	348
Ἰωάννου τοῦ Ἀπ. ἐπιστολὴ Καθολική.	Α'.	352	Epiſtola B. Ioannis Apoſtoli.	I.	352
Ἰωάννου τοῦ Ἀπ. ἐπιστολὴ Καθολική.	Β'.	358	Epiſtola B. Ioannis Apoſtoli.	II.	358
Ἰωάννου τοῦ Ἀποστόλου ἐπιστολὴ Καθολική.	Γ'.	359	Epiſtola B. Ioannis Apoſtoli.	III.	359
Ἰούδα τοῦ Ἀποστόλου ἐπιστολὴ Καθολική.		369	Epiſtola Catholica B. Iudæ Apoſtoli.		360
Ἀποκάλυψις Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου.		362	Apocalypſis Beati Ioannis Apoſtoli.		362